

25. Quare nec distinguuntur per oppositiones determinationem seu imperfectionem aliquam involventes;
26. essentiamque proinde multiplicantes, ut sit aliud atque aliud, dissimile aut separabile:
27. sed per oppositiones nudè relativas; ut sit alius sine dissimilitudine aut separatione habens, & producens, alius habitus & productus.
28. Idem Filius, caro factus in tempore:
29. secundum spiritum quidem est unigenitus Dei Filius:
30. secundum carnem autem, conceptus ex Spiritu Sancto;
31. et natus ex femine Davidis:
32. Est Adam secundus, factus in Spiritum vivificantem;
33. sicut primus Adam, in animam viventem.
34. Itaque licet in formâ Dei esset, exinanivit se ipsum: